



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De sermone iacobi fratris d[omi]ni. ca. lxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Actuum apostolorum

ta apostolorum petri et iacobi et seniorum: sur
reuerunt contra paulum et barnabam dicentes.
Oportet circumcidi fideles: et seruare legem moy
si. Et audita utriusque partis sententia uene
runt apostoli et seniores ut diiudicaretur super hoc. et
post multam disceptationem et inquisitionem factam
inter apostolos et seniores surgens petrus ratio
nabiliter ostendit non esse imponendum fidelibus
iugum legis, quia ipse conuersus erat per uerbum
euangelij, et deus predicacionem eius confirma
uerat fide mundanis corda eorum, et antequam
baptizarentur uisibiliter mittens super eos spiri
tum sanctum, nec indicens eis obseruantiam
legalium. Quid igitur inquit nunc tentatis im
ponere iugum super ceruices discipulorum, quod
neque nos neque patres nostri portare potuimus?
Et statim ceperunt paulus et barnabas nar
rare quanta signa et prodigia deus fecerat in
gentibus per eos. Et tacebat multitudo au
diens eos.

De sermone iacobi fratris do
mini.

Capitulum LXXXIX.

Et factum est silentio

locutus est iacobus adherens uer
bo petri. Viri inquit fratres au
dite me. Simon narrauit quemadmodum de
primis uisitauit gentes uocans eas ad fidem,
et testimonia prophetarum. Et inducitis tes
timonijs diuersorum prophetarum: auctori
tate pontificali protulit diffinitiuam senten
tiam dicens. Propter quod ego iudico non in
querari eos qui ex gentibus conuertuntur ad
deum sed consulo ut dirigamus ad eos epis
tolam ut abstineant se ab idolatriam fornic
atione et suffocato et sanguine. Idolatria siquidem
ex gentibus maxime pullulauerat. fornic
atio quasi naturale quoddam et nullius rea
tus reputabatur inter gentes. Ideo specialiter
decreuerunt apostoli prohiberi ista gentibus.
Erant etiam prouisi ad effundendum sangui
nem. Consueuerunt etiam bibere sanguines
imolatum dijs suis. Ideo specialiter prohibi
biti sunt a sanguine effundendo et bibendo.
Quare autem ad litteram prohibuerint eis anti
mal suffocatum, non est satis perspicuum. Et placuit
hoc consilium iacobi apostolis et senioribus.
Et communi consensu elegerunt viros per
quos mitterent epistolam cum paulo et barnaba

iudam scilicet et silam, et promissa est salutatio
in hunc modum.

De epistola missa conuersis ex gen
tibus.

Capitulum LXXX.

Apostoli et seniores

ores fratres fratribus et gentibus con
uersis salutem. Fuit autem post saluta
tionem hic tertus epistola. Auditu est quod quidam de
scendentes a iudea turbauerunt uos euertentes
animas uestras. uolentes uestris impone
re ceruicibus iugum legis. Ideo de communi con
sensu decreuimus eligere uiros et mittere ad
uos cum carissimis uiris nostris paulo et bar
naba. Assum est enim spiritus sanctus et nobis, uel
tra nihil uobis imponere oneris, quam ut abstine
atis ab imolatis simulacrorum a sanguine et suf
focato et fornicatione: a quibus abstinentes be
ne agatis. Valete.

Quomodo consolati sunt conuersos
ex gentibus.

Capitulum LXXXI.

Ascenderunt igitur

tur paulus et barnabas in antiochia
am et duo illi missi sunt cum eis. Cum
quibus decessissent congregata multitudinem tradidit
eis epistolam. Et audita consolatōe d' in quo legi non
imponedo sibi. gauisi sunt fratres de gentibus.
Judas autem et silas cum centum prophetis consolati sunt
eos, et multum confortauerunt in fide. Non est autem
hoc pretereundum, quia de prefato ascensu suo in
hierusalem per dirimenda lite pretaxata scribit
apostolus ad galatas in hunc modum. Deinde
de post annos, tricesimo, a uersione mea ascendi
hierosolymam, cum barnaba assumpto et tito: et
contuli cum eis euangelium quod predicabo in gen
tibus. Ex quo anno numero colligitur, quod eor
dem anno quo paulus ascendit hierosolymam
scilicet, tricesimo, a uersione sua, petrus ascendit iheros
olimam, et eodem anno sedit in cathedra episcopi
pauli, in qua sedit, xxv. annis. Quattuordecim
anno, scilicet, xxv. reddidit. Vicesimo autem quin
to anno a promissione beati petri in sede romana
nam, scilicet, ultimo anno neronis, passi sunt pe
trus et paulus, et sic, xxxix. anno a uersione
pauli. Unde colligitur paulum ad fidem conuer
sum eodem anno quo dominus passus est,
cum consistet petrum et paulum, xxxviii. an
no a passione domini, qui fuit ultimus nec